

EPISTOLA XIII.

S Libenter tecum, Clariff. & opt. Doctor
& amiciffime Compater, per literas colloquor, dum licet. Mifi nuper ad te fcriptum de Coena Domini & Concordia inter Lutherum & nostros, ut illud D. Herdefiano dares. (a) Est autem illud ipfum exemplar, quod olim Hubertus mihi dedit, & quod D.

C 5

Fabri-

(a) intelligit fine dubio fcriptum *Buceri* cui titulus: *Axiomata apologetica de S. Euchariftia mysterio, & circa hoc Ecclefiarum concordia, quibus refpondet thematis Nic. Amsdorfio 1535, Auguft. V. confer: Christoph. Hendreichii Pandectæ Brandenburgicæ p. 771. & 773. ubi exprefse dicitur, Conradum Hubertum Ecclefiæ Argentinenfis miniftrum, per multa Buceri fcripta poffediffe de re Euchariftica atque concordia, & A. 1577. fcripta Anglicana fere omnia in fol. Argent. cum hiftoria Buceri & Pauli Fagii edidiffe Evolve etiam M. Alb. Menonis Berpoortennis commentationem hiftoricam de Martino Bucero Coburgi 1709. p. 51, ubi dicit: Poftea fingulari volumine fcripta Anglicana, Conradus Hubertus, Buceri quondam per annos XVIII. adminifter, evulgavit Argentorati 1575. eodemque fimul congeffit plurima, ad ejus labores in difput. de facramentis exantlatos pertinentia. Heidelbergæ etiam 1575. Acta Concordia edita funt, quibus fubdole & falfe probare conati funt, Theologos poft Lutherum, nominatim Capitonem, Bucerum &c. a vera Lutheri fententia recessiffe. vide Ep. XIV. ubi Bucerianæ hujus hiftoriæ iterum mentionem fecit Grynæus.*